



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

65. Fer. 3. De Contentione exuendît.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

104 Feria 3. Dom. Sexages.

tæ: Tale necessariò gignit gaudium, ut ipsi  
Dominus vicinior morti, tantorum bonor  
matri, lætus, more Cygni, hymnum dixerit  
*Et Hymno dicto exierunt, Marc. 14.*

*Conf. 3.* Quomodo Passio Dominica me  
impellat ad sui lætiam imitationem: Per ipsi  
enim Deus iratus ad mitiora super nos mo  
vetur consilia pacis: hæc est compendiosio  
ad æternam beatitudinem via: Hæc ad supre  
mum totius perfectionis fastigium certa se  
mita: Hæc ad Deum contemplandum du  
trix, ex cuius contemplatione debere no  
Deo omnia, & adhuc plura cognoscimus.

MEDITATIO LXV.

Feria 3. Dom. Sexages.

*De Contentione.*

**A**spiciam & audiam de majoratu contem  
dentes, & à Domino reprehensos. Petam  
agnoscere, & evitare vitium contentionis.

*Conf. 1.* Contentio est concertatio, seu pu  
gna verborum cum desiderio vincendi, sive  
simulato, sive vero. Hæc facillime incurri  
tur, & inter discipulos orta est: quia Dominus  
ex hominibus migraturo oportebat aliquem  
vicem ejus gerere, & aliorum principē fieri.

*Conf. 2.* Quomodo eos pius Magister non  
initæ contentionis arguat, sed formam hu  
militatis, quam sequantur, describat: *Vos an  
tem*

Feria 3. Dom. Sexages. 105

tem non sic, &c. Exemplóque doceat ad sum-  
mam virtutem non potentia, sed humilitate  
ascendi: ita & Apost. ait: *Si quis autem vide-  
tur contentiosus esse, nos talem consuetudinem  
non habemus.* 1. ad Corinth. 11.

Conf. 3. Non contendendum verbis: Quia  
ad nihil prodest, nisi ad subversionem au-  
dientium: Tollit charitatem: Turbat eutra-  
peliam, & contendere dedecet virum vir-  
tuti deditum: Et quia origo illius est carna-  
litas: *Cum autem Zelus & contentio sint inter  
vos, nonne carnales estis, & secundum hominem  
ambulatis?* 1. Cor. 3. Itaque videndum nobis  
est, non quid carnales Discipuli gesserint, sed  
quid Christus juss erit, quid y se fecerit, de quo  
Matth. 12. *Non contendet, neque clamabit.*  
Cavebo ne à mensa recedendo colloquijs  
noxijs Christo agoniam procurem.

MEDITATIO LXVI.

Feria 4. Dom. Sexages.

*Vae, à quo exit cum donis suis IESUS.*

A Spiciam præcedentem Dominum, tor-  
rentem non voluptatis, sed doloris tran-  
seuntem, nec redditum in Urbem, unde abi-  
verat, nisi vinclum. Petam agnoscere, quām  
ei malum sit, à quo exit Christus.

Conf. 1. Infelicissimum Iudeis egressum  
prædictum Matt. 23. *Ecce relinquetur vobis*

E 5 domus